



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 53. Carolus II Siciliæ Rex in libertatem assertus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

Sæcul. XIII. celebratum erat; anno nempe 1234^o
A C 1288 ctava Julii sub Archiepiscopo Joanne Bos-
conc. p. 1345. fano, ut suo loco dixi; anno 1251 subeo-
Sup. l. 80. dem Præfule; an. 1270 Avenione pri-
§. 41. mum sub Bertrando Malferato; an. 1260
to. 11. p. 919 Florentini, & alia tria. Archiepiscopus
Sup. l. 81. §. 2 Rostagnus addidit quasdam sanctiones
6. 17. novas, quarum maxime singularem vide!
 Comperimus infantes multos esse sine
 baptismo mortuos ob difficultatem inve-
 niendi patres lustricos ortam ex magnis
 sumptibus, quas isti facere solerent. Quo-
 circa prohibemus, ne quis in posterum
 propter baptismum donet quidpiam,
Cang. gloss. præter unicam albam; puta vestem can-
Alba. didam suscepimus e sacro fonte infantem
 tecturam.

§. LIII.

*Carolus II. Siciliæ Rex in libertatem
assertus.*

Mense Novembri ejusdem anni 1288
 Carolus Salerni Princeps, extiuti
 Siculorum Regis filius natu major e car-
Rayn. n. 16. cere, in quo detentus fuerat ab Alphon-
Indic. Arrag. so Arragonum Rege, emissus est ex pa-
 cto Olerone in Bencarnia confecto & con-
 ditionibus priore anno acceptis, sed a
Sup. §. 39. Papa Honorio repudiatis, nempe ut Si-
 ciliam Alfonso relinqueret; ejus pacem
 cum Papa, Rege Franciæ, & Carolo
 Valesio

Valesio procuraret, pro executionis secul. XIII.
ritate tres filios suos Ludovicum, Rober- A.C. 1288.
tum, ac Philippum daret obsides, & ipse
in carcerem rediret, nisi paſtionem intra
triennium p̄aſtaret. Liber, inquam, di-
missus Siciliæ Regis titulum sibi cœ-
pit adſcribere. Principes filii patris lo-
cum ſubliere: atque hac in captivitate
Ludovicus inter eos adultior fundamen-
ta jecit illius virtutis eximiæ, ob quam
poſtea in Sanctorum numerum rela-
tus est.

Sub Natalem Christi Romanam in Reyn. n. 14.
curiam venere Legati Regis Arragonum
Alphonsi, quem Papa 15 Martii citave-
rat, ut intra ſex menses ſe ſifteret. Illi
pontificio in ſenatu excuſationes ſui Do-
mini proponebant. Dixerat autem, ſe
non teneri rationem reddere factorum
patris ſui; diu ante mortem hujus Prin-
cipis poffediffe regnum; propterea ora-
re, ut eo tranquille frui ſibi liceat; de-
nique ſua Ecclesiæ obſequia offerre. Pa-
pa reponebat: Innocentem eſſe Domi-
num veſtrum quam maxime vellemus.
Sed contrarium demonstrat copias in Si-
ciliam affidue mittendo. Non patitur
interdictum ibi obſervari; & Majoricæ
Regis Ecclesiæ ſuccurrentis terras in-
vasit. Salerni Principem inſontem deti-
net; ac nullum regni Arragonii jus ha-
bit. Eccl. Tom. XXII. T bet,

n. 13.

Sæcul. XIII. bet, quippe quod ad Carolum Franciæ
A.C. 1288. Regis fratrem pertinet. Aures tamen
 dabimus Domino vestro, cum venerit, &
 quod æquum erit, adjudicabimus. Pa-
 pa necdum audierat Regis Caroli libera-
 tionem, cuius conditiones rejecit.

§. LIV.

*Scriptum Gregorii Patriarchæ Con-
 stantinopolitani.*

Constantinopoli Gregorius Cyprus Pa-
 triarcha justum ostendere suum a-
 gendi modum, & Joannis Vecci exilium,
 præsertim autem volebat aliter, quam
Pachym. l.8. iste, exponere locum S. Joannis Dama-
c. 1. sceni, ubi ait Spiritum Sanctum a Patre
Sup. §. 26. produci per Verbum. Itaque suadenti-
Damas. de bus amicis suis de processione Spiritus
fid. orth. Sancti scriptum composuit ex eorum sen-
 tentia posteris futurum monumento sa-
 næ doctrinæ suæ, ac erroris inde desle-
 ctentium. Hic tomus (sic enim vocabu-
 tur a Græcis) in templo recitabatur ex
 suggestu: & ad quodlibet punctum le-
 ctor maxima vocis contentionе nomina-
 tam detestabatur illos, quorum errores
 putati condemnabantur. Imperator An-
 dronicus, Patriarcha Gregorius, ac E-
 piscopi huic libello sua subscripsere no-
 mina. Idem Clero imperatum: qui
 vero